

& testimonia centum, aut centum & vigin-  
ti sæpe Doctorem idem sentientium accu-  
mulavit, hanc aut similem orationem sub-  
jungit: ut videas amice lector, nihil esse in  
jure nostro non ambiguum, & disputatio-  
nibus ac controversiis involutum, voloti-  
bi totidem, aut plures recensere, qui sunt  
in opinione prorsus contraria. Et sub hæc  
ingentem aliorum Doctorem ordinem  
pertexit, qui opinionem contrariam de-  
fendunt. En tibi miseram conditionem,  
quæ ducentis annis proximis inter hos Do-  
ctores scholasticos visa est, quæ res adeo ex-  
osos reddidit, ut tandem non modo pro ho-  
minibus tardis, & inconditi cerebri, sed  
pro Sophistis, rabulis, calumniatoribus &  
Justitiæ perversoribus haberentur. Nam  
quod ruditatem turbati ipsorum cerebri  
attinet, quis est sani sensus & judicii, qui  
unam paginam legere possit eorum, quæ  
extra terminos & quæstiones practicas  
scripserunt, quin aut rideat tanquam in re  
joculari, aut præ fœditate angantur. Atque  
si quis tempus in his fallere cupit, is eum si-  
bi laborem sumat, legatque Bartoli dialo-  
gum, ubi diabolum introducit cum virgine  
Maria disputantem, aut ea saltem quæ  
aut ipse, aut Baldus, aut Barbatias, aut alii  
ejus-